

1511. 22. Octobris.

Sigism: 1. Rex Polonia Luca de
Görka Castellano Posnani, et Sapneo. Ma-
joris Poloniae Gnl:

140
Mge Sincere etc: Tametsi plane creda-
mus tuam Sinceritatem Nris mandatis esse ob-
sequentissimam, et in providendis Nris commodis ef-
se accuratam et vigilantem, tamen diffidenti stilo
ad eandem sicut et ad omnes alios scribere vi-
sum est, ut eandem sponte curvatem reddere-
mus admonitione Nra promptiorem. Sed ma-
ximè ob eam rem, ut ceteri, qui minus vigilan-
tes circa officia sibi commissa esse fenectur, hac
ratione ad diligentiam efficaciorum compellan-
tur. Tua itaque Sinceritas res Nras et com-
moda Nra ita ut solet curat, et alios ad id fa-
ciendum provocat. Expertura est enim nostram
in se gratiam semper pleniorum. Informamus
siquidem, quod plerique prohibitiones Nras preva-
ricantes extra Regnum ire non formidant, et
praecipue per ista itinera, quae ex majore Po-
lonia in Slesiam aut Marchiam frequentari
solebant. Sedinusque quod tua Sinceritas talium
temeritatem compescere poterit cum severa admo-
nitione Officiales in finibus admonuerit, ut custo-
dias fideles et solertes habeant, Et ut ita fa-
ciat, mandamus. Datum 22. Octobris.

